...cipiun Nolite sperare
et rapinas nolite concupi...
...e si affluant nolite cor ap...
Semel locutus est deus duo h...
quia potestas dei est et tibi do...
misericordia : quia tu reddes un...
...a opera sua · ps david
Deus deus meus : ad te de lu...
vigilo Sitivit in te anim...
mea : quam multipliciter tibi
...o mea In terra deserta et in vi...
...aquosa sic in sancto appar...
... : ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam Quoniam melior
misericordia tua super vitas : la...
mea laudabunt te Sic benedicam
te in vita mea : et in nomine ...
...abo manus meas Sicut a...
et pinguedine repleatur an...
mea : et labiis exultationis lau...
bit os meum Si memor fui tui
... stratum meum in matutinis
...abor in te : quia fuisti adiu...
meus Et in velamento ala...

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUWr

132,5(4947)

II/132

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publicè,
aut in Perorantium Cathedra, aut in
Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ τοῦ στόματος, h. e. è prompta
memoria, exhibita.

TOMUS IV.

BIBLIOTHECA MILICHIANA GORLICENSIS
BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

ORATIONUM BIGA,

INVITATORIA

nemp.

nec non

DIMISSORIA

ORATIO,

utraque

in

EXAMINE VERNALI

Aō CIↃIↃXCI.

ἀπὸ τῆς 5 ὁμάδος

habita.

Hoc lemma
Subditi ej
Sequebantu
Nominis A
Doctrina
Stramento
Sequii, esse
nos meliori
rum, nebul
exclamare
Circum nos
crepantia
Europaei im
cissimi Mar
vestigia. Ve
in Galliâ,
inferiori ad
talem DEl
manitate
Rhenanô tra
liatas solo
id rerum nov
quuntur terr
qui, stipem e
dum hac con
circum. Id
Et enim illa
vehementis
ipsa splendid
ac famosissim
tum miserrim
in quô extrue
rum occupata
hementi horr
Nonne igitur
nigrescebant
simam lucem

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

358

ORATIO INVITATORIA.

Nigrescunt omnia circum.

Hoc lemmate luctuosissimum Regis sui, Philippi IV. funus Subditi ejus, Hispani, solem occidentem depingentes, prosequebantur. Nos certe, Viri Nobilitate Generis, Nominis Amplitudine, usu ac Consiliorum Dexteritate, Doctrinae Ornamento, Virtutum documento, famaeq; illustramento Excellentissimi, Domini, Patroni nullô non obsequii, observantiae atq; honoris cultu aetatem devenerandi, nos meliori jure, in communi hâc rerum perturbatione, malorum nebulis undiquaq; cincti, inter gemitus ac planctus exclamare tenemur: Nigrescunt omnia circum!

Circum nos utiq; bella videmus flagrantia, arma audimus crepantia. Quô enim cunq; in hoc spatioso et specioso Orbis, Europaei imprimis, theatrô oculorum aciem convertimus, atrocissimi Martis tyrannides, hujusq; et tristissima ubiq; videmq; vestigia. Vestigia Martis terrent nos in Hungariâ, terrent in Galliâ, terrent in Hiberniâ, terrent in Belgiô, imo inferiori ad Rhenum Germaniâ terrent. Proh immortalem DEUM! quâ inhumanâ crudelitate et crudeli inhumanitate Hannibal ille Gallicus in Belgiô, Hispaniâ imo Rhenanô tractu urbes tenus hac cepit, captas spoliavit, spoliatas solo aequavit, pagos et villas devastavit. Loquuntur id rerum novarum Commentarii, quos Novellas vocant; loquuntur terrarum ac urbium miserrimè dereptarum exules: qui, stipem emendicaturi, quotidiè fermè huc advolant. Sed dum haec conqueror, quid in urbe nostrâ? Nigrescunt omnia circum. Ita proh dolor! non meritò iterum exclamo.

Est enim illa admodum dirum ac durum perpessa fatum: dum vehementis flammae rabies meliorem urbis nostrae partem, imo hâc ipsâ splendidissimam ejus Coronam, artificiosissimum pariter ac famosissimum Templum, Templum D. Petro ac Paulo dicatum miserrimè consumsit. Consumsit opus magnificentissimum, in quô extruendô per solidos septuaginta quatuor annos hominum occupata fuit industria. Perierunt et in urbe nostrâ vehementi horrendaq; conflagratione aedificia propè ducenta. Nonne igitur fatali illâ die, die nempe decimâ nonâ Martii nigrescebant omnia circum? nigrescebant utiq;. Etsi enim clarissimam lucem ingruente vel ipsâ nocte, flammarum agmen daret:

majoris tamen tristitiæ atq; mœroris nebulæ in nostrorum omnium animis exurgebant. Fumus iste, qui ex flamma nascebatur, nigras frontes nigrasq; manus dabat: dabat et nigra re obsita pectora. Repeto hinc lema meum: Nigrescunt omnia circum. Speciatim nigrescebant omnia circum sacratissimum illud Juris ac Justitiæ sacrarium, salutis publicæ Templum, Curiam: nigrescebant circum hoc Pietatis ac Humanitatis domicilium, Scholam, omnia. Proximus enim utrobiq; ardebat Ucalegon. Flammarum vis aggrediebatur illud, huic autem è regione furiosus Vulcanus omnia mala minabatur. Quid autem? Misericordia DEI erat: quod et Curia et Schola, et major pars urbis non consumeretur. In his ipsis namq; malorum ac ærumnarum nebulis ἀπὸ μηχανῆς, velut iris [illegible] los divina gratia conspiciebatur, poterat tunc dici: attulit ista serenum. Numen enim quod supra nos et inq; terris Christianis colitur, incendia imminentia avertebat, et sarta tecta conservabat duo sacra illa ac splendidissima ædificia cum reliquis urbis ædificiis. Quare non Jovi hodiè Capitolino, sed Optimo Maximo DEO nostro, Custodi urbis certissimo, immortales debentur gratiæ, quod nos ex illô respexerit atq; furentibus flammis terminum suum in tempore posuerit. Nisi enim flammas inhibuisset tandem, clementi ac potenti oculô nos respiciens, res et spes omnis conclamata fuisset. At sic attulit ista serenum. Id et hâc die videre nobis licet: dum Patres Conscriptos, præsentes conspicimus frontesq; item vestras serenas sine consternatione intuemur. Certè quum Amplitudines Vestras superius hoc Auditorium intrantes videremus, videbantur serena omnia circum. Ergò quod honorificâ Vestrâ, Optimi Patres, præsentiâ Auditorium hoc superius dignati estis, gratè agnoscimq; animô, gratô deprecamur ore. Id tantum nunc in hoc splendidô Vestrô consensu oramus, rogamus, obsecramq;: ut et præsenti Examini publico, Geographico np. et Historico Examini benevolas aures et attentas mentes præbeatis, audituri ipsi, quid in utroq; studiô profecerimus, iidemq; et condonaturi; si non omnes ex æquô expectationi Vestræ facient satis. Et sanè promittit id nobis animus Vester, qui semper in nos serenq;: Vester placidissimus promittit obtutus. Promittit np. utraq;, imo certò nobis persuadet, Vestram petitis nostris subscripturam esse Benevolentiam. Nos verò, quemadmodum parvitates nostras Vobis nostroq; favori submissè commendamus: ita supremum interim illud, quod omnia moderatur, Numen piis veneremur precibus: ut in Amplissimum Vestrum Ordinem sapientiæ ac prudentiæ rivos plenô alveô derivet: quò universa hæc Respublica

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

dulcibus provida Vestra cura perfruatur fructibus. Quumque et gravissima urbis hujus calamitas è Vestrô Ordine inclyto nonnullos quoque afflixerit, flammarum vi opes ac fortunas ipsis absumente; multiplici benedictione suâ id optamus DEUS restituat. Hoc unô precamur ore universi, precamur singuli. Spe enim lactamur haut dubiâ: fore ut divina gerat gratia serenum. Post nubila siquidem vulgato Veriverbiô, surgit Phœbus.

Dixit
GODOFREDUS Nisst,
Löschwitzio-Lus.

ORATIO DIMISSORIA.

Omnia fiunt propter finem.

Sic, sic et Vos, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, summâ autoritate, doctrinâ incomparabili, multôque rerum usu ac prudentiâ Excellentissimi, Patres Conscripti, Numina ac Lumina Reipublicæ splendidissima, sic, inquo, et Vos, dum auxiliante DEI Ter Opt. Terque Max: gratiâ, Examini nostro Vernali colophonem imponimus, id ob nullum alium finem institutum esse putabitis: quàm ut, autoritate Vestra, in Geographicis, in Historicis publicum fieret periculum, atque hôc ipsô jamjam pro re natâ factô et peracto, finis tandem totius Examinis, per omnes Gymnasii nostri Classes continuati, fieret exoptatissimus, felicissimusque.

Verum enim verò quemadmodum nemo nautarum eô navigat animô, ut semper incumbat remis; nemo militantium eô militat animô, ut nunquam desinat militare; nemo hominum eâ mente laborem suscipit, ut alios atque alios labores perpetuò suscipiat exhauriendos; sed, qui navigant, portum longè exoptatissimum; qui militant, victoriam longè desideratissimam;

qvi laborant, qvietem gratissimam, otiumq; dulcissimum
respiciunt: ita nos, qvi in studiorum mari hactenus
navigavimus, qvi sub Musarum Apollinisq; vexillô pro
viribus nostris militavimus, qvi in orchestrâ hâc literariâ
laboravimus; in votis ac desideriis id nunc habemus:
ut Examini nostro exoptatissimus respondeat eventus.
Ut nempe à Vobis, Patres Conscripti, largissimi
Gymnasii nostri Nutricii, laudem ac gloriam reportemus
certissimam, optamus universi, unô ore optamus singuli.
Id utiq; optat qvilibet nostrum, nostrum qvilibet expe-
ctat, sperat nostrum qvilibet. Sed ultrò tamen
fateamur necesse est: nos speratâ gloriâ ac laude fa-
cilè excidere posse. Nos siqvidem minimè tales nos-
met ipsos præstitimus, qvales qvidem, ut præstaremus
nos Vobis nostrarum omninò partium esse debuisset.
Nihilò tamen minus certam hanc concipimus spem
pariterq; et fiduciam alimus, fore: ut hôc citius
veniam à Vobis, Patres Conscripti, impetremus:
qvò promtius ad æqvioris judicii lancem expendetis
nos, nondum singulari vi ingenii præditos, neq; et
sat dignis memoriæ dotibus instructos, vadum tan-
tum in hôc Examinis lumine tentâsse, majoraq;
deinceps ac meliora paraturos esse. Ohe verò
qvid prolixis verborum in extenuatione hâc amba-
gibus virium nostrarum opus est? Constat enim
Vobis ipsis qvàm optimè: qvid, nescio qvis, Musarum
Mystes, Poëta nimirum celeberrimus, non minus
ritè qvàm scitè, canat:

Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.

Proinde nos universi ac singuli nulli dubitamus:
qvia, si non tenues nostras vires, bonam tamen ex-

pectationi Vestræ faciendi satis voluntatem laude aliquâ sitis mactaturi. Sed, dum nolo molesta, linguæ meæ balbutie longam Vobis, Patroni, creare molestiam: ad debitas, nomine communi persolvendas, depropero gratias. Restare enim in dimissoriâ hâc Oratione meâ nihil video aliud, quàm ut submissas agam habeamq́ue gratias. Eho vero! quis verba subministrabit mihi: quibus et meo et commilitonum nomine decentem Vobis, P. C., referam gratiam? Profectò, si tot mihi linguæ, tot ora essent, quot in sylvis vernô hôc tempore folia conspiciuntur, siq́ue lepore Atticô, Nestoreâ et Ciceronianâ præditus essem eloquentiâ, Vobis, lumina ac columina Reipubl. nostræ haud quaquàm satis facere possem. Gratias igitur, non quantas volo ac debeo, sed quas possum, ago habeoq́ue maximas: quòd in hôc Musarum Charitumq́ue Tameîô comparere haud dedignati estis. Quid enim gratius, quid acceptius, quid jucundius Vestrô nobis contingere potuisset aspectu? Quid dignius Vestrô hôc consessu Ordini nostro potuisset accidere? Quid attentâ ac benevolâ Vestrâ auscultatione melius potuisset nobis evenire? Vos non solùm attentissimis auribus auscultare cœpistis; Vos non modò nostros in studiis observare perrexistis progressus; Vos non tantùm ad omnia verba, ad omnes syllabas, ad pronunciationem nostram attendistis; verùm etiam cum mirâ patientiâ hallucinationes nostras, à principio ad finem usq́ue Examinis, pertulistis. Clarissima certè hæc benevolentiæ Vestræ in nos sunt testimonia; aptissima pronæ Vestræ voluntatis sunt indicia; evidentissima magni amoris erga nos Vestri sunt signa: quæ nullâ laude satis celebrare, nullâ prædicatione satis extollere possumus.

At verò quô officiorum genere omnia hæc compensabimus? Ubi incipiemus; ubi desinemus? Gemmas non habemus, aurum non possidemus, argentum non tenemus. Tenemus tamen, possidemus, habemus calidissimum, quod pro incolumitate ac felicitate Vestra

nuncupetur, votum. Indulgentissimum itaq; coeli Numen devotissimis imploramus precibus: ut Vobis, P. C. vitam prolixam, constantem mentis et corporis sanitatem, faustos consiliorum successus, salutarem Reipublicae administrationem, fortunam cum affluentiâ rerum necessariarum secundam, quàm clementissimè largiatur.

Praecipuè verò universitatis hujus Parentem ac Opificem, DEUM bonitate Optimum, potestate Maximum, invocamus: ut ab universâ hâc civitate omnia mala, damnosissimam cumprimis perniciosissimamq; flammarum rabiem, clementissimè posthàc avertat. Satis enim abundè vim atq; saevitiam Vulcani, proh dolor! vehementissimam experti sumus. Interim verò humillimae Summo Numini maximèq; debitae agendae sunt gratiae: quòd non totius Gorlicensis Reipubl. Sacrarium modò, Curiam nempe; sed et Coenobium hoc nostrum ad Nissam ipsum admodùm celebre, ex ipso flammarum medio benignissimè eripuerit.

Quod superest: Vos, Vos! Viros Nobilissimos, omniq; virtutis laude dignissimos, Vos Patronos, etiam atq; etiam rogatos volo: ut, quemadmodùm inclytum hoc Gymnasium semper Vobis curae cordiq; fuit; ita et id ipsum porrò Vobis habeatis quàm commendatissimum, commendatissimos Vobis et Docentes et Discentes semper habituri.

Dixit
JOH. MARTIN. MOLLERUS, Gorl. Lus.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

…it cor illius Molliti …
…eius sup oleum : et ipsi s…
…acta sup dnm curam tua…
…te enutriet : et non dabit in…
…fluctuacionem iusto Tu vero de…
…uces eos : in puteum interitus…
…i sanguinum et dolosi non dimidi…
…unt dies suos : ego aut sperabo…

…domine.

…spexit dominus captivitatem plebis sue

…iserere mei ds quoniam conculcauit me homo : | M… Euouae

…die impugnans tribulauit me
…conculcauerunt me inimici mei tota
…quoniam multi bellantes ad…
…sum me Ab altitudine diei ti…
…ego vero in te sperabo In deo la…
…sermones meos in deo speraui…
…n timebo quid faciat michi ca…
Tota die verba mea execrabantur
…versum me : omnis cogitaciones eo…
…malum Inhabitabunt et abscon…

impiu. Nolite sperare
et rapinas nolite cõcupisc
ue si affluant nolite cor app
Semel locutus est deus duo h
quia potestas dei est et tibi do
misericordia: quia tu reddis un
iuxta opera sua. ps david
Deus deus meus: ad te de lu
vigilo. Sitivit in te anima
mea: quam multipliciter tibi
mea. In terra deserta et in
et inaquosa sic in sancto apparui
tibi: ut viderem virtutem tuam
gloriam tuam. Quoniam melior
misericordia tua super vitas: la
mea laudabunt te. Sic benedicam
te in vita mea: et in nomine
levabo manus meas. Sicut a
et pinguedine repleatur anima
mea: et labiis exultationis lau
bit os meum. Si memor fui tui
stratum meum in matutinis
meditabor in te: quia fuisti adiutor
meus. Et in velamento ala

...it cor illius. Mollit...
...eius sup oleum: et ipsi s...
...iacta sup dnm curam tua...
...te enutriet: et non dabit in...
...fluctuacionem iusto. Tu vero d...
...duces eos: in puteum interitus.
...sanguinu et dolosi no dimidi...
...unt dies suos: ego aut sperab...
...domine.

...erit dominus captivitatem plebis sue

...iserere mei ds quoniā conculcavit me homo:

...omine.

...die impugnans tribulavit me.
...conculcaverunt me inimici mei to...
...quoniam multi bellantes ad...
...sum me. Ab altitudine diei time...
...ego vero in te sperabo. In deo la...
...sermones meos in deo speravi...
...timebo quid faciat michi ca...
...tota die verba mea execrabantur...
...versum me: omnis cogitationes eo...
...malum. Inhabitabunt et abscon...

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENSIS PALÆSTRA ORATORIO-POETICO-SCENICA,

h. e.

EXERCITIA ORATORIA, POETICA, SCENICA,

publice,
aut in Perorantium Cathedra, aut in
Theatro Scenico,
A
Florentissima Juventute Scholastica
Gymnasii Gorlicensis,
intra
Doctrinæ instauratæ ac publicatæ
DECENNIUM ULTIMUM,
AUDITORIBUS ac SPECTATORibus
ERUDITIS,
PRÆSIDE
M. CHRISTIANO FUNCCIO,
RECTORE GORLIC.
pleraq; ἀπὸ στόματος, h. e. è prompta
memoria, exhibita.

TOMUS IV.

3

Exercitiorum Oratorio-Poeticorum Elenchus

I.

Actus Declamatorius geminus Anabcastico-Katascevasticus [illegible]

II.

Parentalia Provinciali Capitaneo CHRISTOPHORO Pi CEDUMSKO ab [illegible] sacra.

III.

HILARIA Novi Honoris Novelli Capitanei Provinciae [illegible] CHRISTI [illegible]

I. Oratio Natalitia de mira [illegible] Nativitate Christi [illegible]

II. Oratio de Nativitate Christi [illegible]

III. Oratio ad [illegible] Coele[illegible] Encomi[illegible]

IV. De Natalitia [illegible] Dei [illegible] Epiphania Oratio

V. Oratio oblatoria [illegible] puer nobis, Filius nobis datus [illegible]

VI. Oratio Natalitia de Incarnati Verbi Mysterio per [illegible] Inscriptionis scripta.

VII. [illegible] Verbalis de Eodem Mysterio [illegible] Teuton scripta ad [illegible] Aphorismo [illegible]

VIII. [illegible] Nativitatis Christi [illegible]

IX. [illegible]

X. [illegible] Jesu Christi.

XI. Perpetuum Rei peractae
Monumentum, Posteritati,
si qua futura, sera, jussu
et auctoritate Amplissi-
mi Ordinis, positum.

69

Violas inspergite:
ut D. Viri devotens Decorem!
.. et Clarium. Vos Lusati, Marmor ferte!
Ferte Marmor:
tanti Herois Tumulo quod imponatur.
Argenteum ferte Stylum:
Et in ipso Titulum hunc inscribite:

ANIMATA. FORMA. DECUS. PRUDENTIA.
GRATIA. VIRTUS.
CAUSA. SUB. HOC. TEXUS. MAR-
MORE. CUNCTA. JA-
CENT.

Vivet!

C. Mob. Schramm.
Behdorff. Lus.!

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

[illegible]ständig in aller Noth: so wird er alles noch überwinden, und Trost und Todt vermittelst des wahren Glaubens in der Himm[illegible] Zeiget sich zum Beschluß annoch diese Reime auf der [illegible] der Jungfer Heldin

Hier liegt ein Helden-Bild mit dürrer Erd umbgeben:
Die fromm, demüthig, keusch in ihrem gantzen Leben
Sich stets erwiesen hatt: gehst, Leser, du vorbey:
So glaube: daß Sie recht Held-reich gewesen sey.

710

lichen und billichen Urtheil zu belegen.
wir sind erbötig solhane hohe Gunst und Freund-
schafft standesgebühr nach bey begebener Gelegen-
heit mit Abstattung schuldigster Observanz und ge-
ziemender Ehrerbietigung zu erwiedern und zu
verschulden. Da wir im übrigen solange wir
war in dieser Zeitlichkeit seyn, verblei-
ben

Dero

Gehorsamste

Diener,

Joh. Christoph Hoffstätter,
Schemnitzio-Hung.

854.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski